

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9313

Auteur(s) : André de Vitré [particulier]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1173-1202]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

André de Vitré confirme l'accord entre Jean de Champeaux et l'abbaye de Savigny à propos de biens donnés à la grange de Fayel.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 969, n° 407.

Éditions principales

a. MORICE Hyacinthe, Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ecclésiastique et civile de Bretagne, tirés des archives de cette province, de celles d'Angleterre, des recueils de plusieurs sçavans Antiquaires, et mis en ordre, Paris, Imprimerie Charles Osmont, 1742-1746, 3 vol, t. 1, col. 776-777 (copie partielle).

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° LXXI)

Texte d'après A

Presentibus et futuris fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Andreas dominus Vitree salutem. Ut omnis in posterum litigandi tollatur occasio, pactum quoddam inter monachos Savigneii et Johanne de Campellis coram me factum litteris volui commendari. Johannes siquidem predictus omnibus calumniis et contentionibus ergo monachos habitis renunciando omnia jura sua in pratis que sunt a vado de Broons usque ad fosam de Nimella et a Lorsa usque ad Alnetum de Bronderia et a Bronderia usque ad cheminum Monteis et a chemino usque ad Sabloneriam de Broom et omnia jura sua in tealderia et in terra et in pratis de Masgaleri et in prato et in terris de Faiel et in prato de Vinofuso et in pratis de Booleia et de Bernuce, eis in perpetuam elemosinam dedit. Dedit etiam et concessit ipse Johannes predictis monachis ad usus grangiarum de Faiel et de Lovigneio illud quod ad jus suum pertinet in foresta mea videlicet herbagium et pasturam et boscum mortuum, cocagium, septimagium et fanagium. Hic omnia concesserunt Willelmus et Garinus et Herveus et Ruellonus et Robertus filii prefati Johannis, monachis vero XII libras et III solidos andegavensium dederunt Johanni et filiis ejus census in nativitate Sancti Johannis Baptiste annuatim reddent. Pepigerunt etiam monachi quod eidem Johanni si voluerit ipse religionis habitum dabunt vel si in seculari habitu obierit apud Savigneium illum sepelicut et omnes filii ejus in fraternitate et beneficiorum societate susceperunt hujus pacti tenorem fideliter et firmiter observandum sepe dictus Johannes et Willelmus et Garini filii ejus in manu mea fidei sue interpositione affirmaverunt. Quod ut stabile permaneat et

ratum sigilli mei impressione munitam est. Testibus his Roberto de Combortille, Roberto de Landevrein, Raginaldo capellano, Angero Lesbodi, Willelmo de Brolio, Gaufrido capellano de Campellis, Georgio filio Hai, Willelmo de Gevreseio, Georgio de Vilaher, Gaufrido de Teileio, Radulfo Pisce, Johanne Gruel, Roberto de Galola.